LEGES GRAECORUM SACRAE
E TITULIS COLLECTAE
PARS PRIOR

DISSERTATIO PHILOLOGA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

AMPLISSIMO IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA PHILOSOPHORUM ORDINI

TRADITAM UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE X MENSIS AUGUSTI ANNI MDCCCLXXXXIII HORA XI

PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

LUDOVICUS ZIEHEN
MOENOFRANCOFURTANUS

ADVERSARII ERUNT

AEMILIUS KRUEGER
IACOBUS MORTON PATON
AUGUSTUS NUTH

Univ. Bonn

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXXXXVI

I. Atticae.

1. Fragmenta marmoris albi ut videtur Parii, in infimis illis stratis arcis anno a. Chr. 480 antiquioribus inventa. Quae omnia eiusdem esse monumenti diligentissima omnium comparatione adhibita cognovit Lolling compositaque edidit *Δελτίον* 1890 p. 92 sqq. et in dissertatione cui inscribitur: *Ἑκατόμπεδον. Συμβολαὶ εἰς τὴν ἱστορίαν τῶν ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ναῶν τῆς Ἀθηνᾶς*, inserta diario philologico *Ἀθηνᾶ* 1890 p. 627 sqq. et separatim edita Athenis a. 1890. Inde repetivit Kirchhoff, qui frustula iam prius nota CIA I 18 et 19, IV 1 b et 19 b c d e f (p. 58 et 128) coniungenda esse videri primus monuerat, CIA IV fasc. 3 p. 137 sqq. Cf. praeterea Doerpfeld, MAI XV 421, ubi etiam coniecturae quaedam Wilhelmii propositae sunt et Furtwängler, *Meisterw. d. griech. Plast.* p. 165 sqq. — Litterae eadem manu elegantissime *στοιχηδόν* incisae sunt, nonnullis locis vestigia servantes coloris rubri quo olim tinctae erant. Duas autem fuisse marmoris tabulas Lolling demonstravit. Sed prioris tam lacerae tantulaeque supersunt reliquiae, ut nusquam ullius sententiae connexus ac ne verba quidem multa cognoscantur.[1] Huius igitur fragmenta exscribere supersedi praesertim cum restitutionis laborem subeuntibus Kirchhoffii vel Lollingii imagines utique adhibendae sint, alteraque solum apud me legitur tabula, cuius non modo multo plura et maiora servata sunt fragmenta sed etiam versuum litteras fuisse tricenas octonas constat.

. . . . ἐ](μ) πόλει ⁝ ʽόσοις χρõνται π[λ]ὲν ʽόσα
. . . . ασμένοις ⁝ οἰκέμ[ασι ⁝ ἐ]âμ[2]) παρʼ ἑκαστ
. . . . κα]τὰ τὲν πόλιν ⁝ γρά[φσα]σθαι ⁝ τὸς ταμί-
ας⁝⁝⁝[3]) . . . .]σι ⁝ τὰ ʽιερὰ ⁝ ʽοῖ ε. . .(ν)[4]) ʽιε[ρ]οργõντ-
ας. . . . .]άναι χύτραν ⁝ μεδι[5]). . . . . . .αν μεδὲ[6])
. . . . μεδὲ τὸ πῦρ ⁝ ἀν[άπτ](εν)˙ [ἐὰν δ]έ τις ⁝ τ-
ούτον τι δρâι εἰ]δός ⁝ ἐχσε̃ναι θ[οâ](ν) ⁝ μέχ[ρι τρι]õν [ὀ-
βελõν τοῖσι τ]αμίασι ⁝⁝⁝ τὸς ἰε[ροργ]õντα[ς]⁝ μ[ὲ . . . .
με [. . . . . τõ ν](ε)ὸ ⁝ καὶ τõ προ[νείο ⁝ καὶ τ]õ (β)[ο]μõ[7]) ⁝ [καὶ νο-
τόθεν ⁝ τ[õ ν]εὸ ⁝ ἐντὸς τõ κ . . . . ʽ]άπαν ⁝ τὸ ʽΕ-

---

1) hoc sane apparet multas iis qui legi non oboedirent, irrogatas esse (frg. f g h et i et o). Notandum item videtur verbum *ἐφόλκια*, veri similiter illud quidem fr. a (*ἐφό]λκια καὶ ὀβελ[όν*) restitutum.

2) proposuit Wilhelm.

3) inde a v. 4 plane diversa res agitur atque in superioribus, ut paragraphi nota in reliquo titulo diligenter scripta requiratur. Sequitur ut verbum illud in *σι* exeuns ad sequentia referendum sit. An festi nomen latet?

4) *οἶ ἐχσόν* coniecit Kirchhoff; idem paulo post *ʽιστ]άναι χ*.

5) aut fuit *μεδʼ ἰ* — — aut *μεδ(έ)*.

6) *ἐ]ὰν μὲ δέ[ονται ἐς τὰ ἱερά* coniecerat Lolling.

7) in lapide servantur ΟΡ.ΜΟ unde Loll. *πλὲν] ὀρ[ί]μο*. Sed recte Wilh. Β olim, non Ρ scriptum fuisse censet legitque *καὶ τ]õ β[ο]μõ*.

κατόμπ[εδ]ον ⁝ μεδ᾽ ὄνθο[ν][1]) ⁝ ἐγλ[. . . . ἐὰν δ]έ τις ⁝ τούτο-
ν τι δρᾶ[ι] ε[ἰδός, ἐ](χ)ς[ε̃]ναι ⁝ θοᾶ(ν)[μέ]χρι τριο̃ν ⁝ ὀβελο̃-
ν ⁝ τοῖσι ταμ[ίασι ⁝⁝⁝ τὰς] (ʽ)ιερέα[ς][2]) τὰς ἐμ πόλει ⁝ καὶ τ-
ὰς ζακόρος [μὲ ʽέχεν[3]) οἴ]κεμα ταμιεῖον ⁝ ἐμ πόλει ⁝ μ-
εδὲ (ʽ)ιπνε[ύεσθαι· ἐὰν δέ τις τ]ούτ(ον) τι δρᾶι ⁝ εὐθύ-
νε[σθαι ʽεκατὸν] ⁝ δραχμε̃[σι καὶ] τὸς ταμίας ⁝ ἐὰν ἐο̃-
σι, εὐθύνεσθαι] ⁝ ʽεκατὸν δραχμε̃[σι ⁝⁝⁝] τὰ οἰκέματα
τὰ ἐν το̃ι ʽΕκατ]ομπέδοι ⁝ ἀνοίγεν [τὸς] ταμίας ⁝ μὲ ὀ-
. . . . ομένο . θεᾶσθαι ⁝ τὰ[ς ʽέν]ας[4]) ⁝ ἐ[μέρ]ας
τὰς πρὸ τε̃ς νο]μενία[ς. . . .]—⊦ . . . . ιτει ει
. . . . ʽέμ]ισυ ⁝ π(α)[ρ?]όντα[. . . . . ʺο]πει⁝δυν-
ατόν[5]) . . . .](ν) ⁝ δύο δραχμ[. . . . . πρ]άττε-
ν. . . . .]ρυ[. . . . ἐὰ]ν δὲ μὲ κα[τὰ ταῦτα ποιο̃σιν[5])] εὐθ-
ύνεσθ]αι ⁝ φα[ί]νεν δὲ ⁝ τοπ[. . . . .] το-
ῖς] ταμίασι ⁝ τὰ ἐν το̃ι λί[θοι — —.

ταῦτ᾽ ἔδοχσεν ⁝ το̃ι δέ[μοι ἐπ]ὶ Φ[. . . . . ἄρχοντ-[6])
ος ⁝ τὰ ἐν τοῖν λίθοι[ν τούτ]οιν.

Lex sine dubio ad curam arcis et eius templi pertinet, quod a. 480 a Persis deletum est. Hoc igitur anno antiquiorem eam esse certum est. Iterum litteratura comparata inscriptionem non esse antiquiorem ara illa a Pisistrato nepote dedicata[7]) docet. Iam Kirchhoff cum in infimo lapide archontis annum scriptum esse vidisset cumque e nominibus eorum archontum, quos ante a. 480 munere functos esse traditum est, unum sit Philocratis cui cum reliquiis spatioque lacunae conveniat, huius ipsius nomen supplendum esse annoque 485/4 haec omnia decreta esse censuit. Neque tamen mihi persuasit. Nam cum pauciores archontes illius aetatis memoriae proditae sint quam ut ex una illa littera *Φ* certi quicquam colligere liceat, tum e litteratura lapidis apparere mihi videtur titulum, etsi noviciam litterae Θ formam praebet, non esse tanto recentiorem ara Pisistratea. Quid? quod in marmore nostro antiquior forma ⊧ usurpatur quae in ara non iam exstat. Recte igitur inscriptionem a Lollingio postremis saeculi sexti viginti annis adscribi existimo. Legem autem ipsam prioris etiam aetatis esse posse iam Lolling concessit eademque

1) Lolling *μεδόνϑον*, emendavit Wilhelm.

2) alia huius scripturae exempla vid. apud Meisterhans, *Gramm. d. att. Inschr.*[2] p. 32.

3) ita Dittenberger, *Hermes* XXVI p. 473, Kirchhoff legit *ποιε̃ν*. — de scriptura *ἕχειν* cf. Meisterhans l. c. p. 66.

4) suppl. Kirchh. Lolling proposuerat *ϑεᾶσϑαι τα[ῦτα τ]ὰς ἑ. τ. πρὸ τ. ν.*

5) supplevi.

6) haec debentur Kirchhoffio qui fragmentum s, a Lollingio priori tabulae adscriptum, huc potius referendum esse egregie perspexit.

7) CIA IV p. 41 n. 373e.

suspicio mihi quoque e verbis postremis ταῦτ' ἔδοξεν τῶι δήμωι ἐπὶ Φ — — — ἄρχοντος τὰ ἐν τοῖν λίθοιν τούτοιν subnata est. Neque enim haec in plebis scito ipso dicta esse nemo, opinor, negabit. Nam praeterquam quod suscribi annus archontis non solebat, haec a scriba praeter legis verba addita esse maxime illud τὰ ἐν τοῖν λίθοιν τούτοιν indicare mihi videtur.[1]) Addidisse autem eum suspicor tum cum a populo legem quacunque de causa redintegratam denuo lapidi incidere iussus est.

De argumento legis quam paragraphis divisam esse moneo, etsi in universum constat, singula tamen atque etiam ea quae primo facile explicationem admittere videntur, quo accuratius consideraveris, eo maiores difficultates praebent, quas breviter designare oportet.

v. 1—4 de instrumentis rei divinae agi videtur, quorum indicem quaestores facere iuberi Doerpfeld propter vocem γράψασθαι coniecit. Id autem maxime ambiguum utrum v. 2 legendum sit ἐάμ an ἐᾶμ. Ἐᾶμ autem si cum Wilhelmio scripsimus, hoc iterum dubium utrum cum sequenti γράψασθαι[2]) enuntiatoque primario an coniungendum sit cum enuntiato quod incipit a πλὴν ὅσα et haec fere sit structura verborum πλὴν ὅσα δέδοκται ἐν — — ἀσμένοις οἰκήμασι ἐᾶμ παρ' ἑκαστ — — κατὰ τὴν πόλιν, γρ. τ. τ.

v. 4 – 8. Verbum ἱερουργεῖν i. e. sacra facere, quod in litteris nobis non nisi apud posterioris aetatis scriptores occurrit[3]), de sacerdotibus sive eorum ministris solum usurpari non est quod putemus. Immo nostro quidem loco cives dici sacrificantes ea quae statim sequuntur ἐὰν δέ τις τούτων τι δρᾶι εἰδώς produnt. Etenim sacerdotes sacrae legis nescios non fuisse patet meritoque eo loco quo de sacerdotibus agitur, v. 15 omissum est illud εἰδώς. Id autem his versibus caveri videtur ne sacrificio peracto in arce apparatus cenae fiant molesti. Quam statim in ipso fano parare saepissime homines solebant, quid? quod multis locis lege cogebantur, carnem victimarum domum asportare i. e. domi, non in fano, comedere prohibente. Cf. e. g. Amphiarei Oropii praeceptum μὴ εἶναι ἐκφορὴν ἔξω τοῦ τεμένεος a Wilamovitzio tam pulchre illustratum[4]) et Myconios fastos, ubi ter disertis verbis decretum videmus: δαινύσθων αὐτοῦ.[5]) Sed in arce contrarium lege constitui optime intellegitur. Attamen sunt quae dubitationem moveant. Offendit enim illud οἷ v. 4 nec non offendit articulus usurpatus in voce τὸ πῦρ, qua certum quendam ignem velut deae sacrum dici collegeris.

v. 8—13 gravissimi sunt quia de nomine templi eiusque partibus

---

1) sane v. quoque 25 occurrit τὰ ἐν τῶι λίθωι, id quod non satis explicare me posse fateor.

2) aoristi infinitivum scriptum esse moneo; res igitur semel facienda dici videtur.

3) substantivum ἱερουργία iam apud Platonem (Legg. 774 E: ὅσα δὲ προτέλεια γάμων ἤ τις ἄλλη περὶ τὰ τοιαῦτα ἱερουργία — — — προσήκουσά ἐστι τελεῖσθαι).

4) *Hermes* XXI p. 96.

5) Prott, F. 4 v. 26, 29 et 41.

certiores nos faciunt. Connexus tamen verborum intellegi nequit. Priorem sententiam negativam esse μηδέ, quod in v. 11 est, docet; quamquam repugnare videntur continua illa καί in v. 9. Nec magis totius templi mentio (v. 10/11) cum mentione singularum partium convenit, nisi vocem ἅπαν τὸ Ἑκατόμπεδον pendentem facias ex ea notione quae in lacuna antecedente latet.[1]) Ceterum cf. p. 16 ad n. 3 v. 31. — v. 11 ὄνϑον Wilhelm recte enucleavisse videtur. Sed quod Kirchhoff statim post supplevit ἐγλ[έγεν] atque stercora victimarum eos qui sacra faciant in arce selecta secum asportare vetari iudicat, rationem non plane me intellegere fateor. In memoriam potius revocandum puto veteres cavisse ne stercore loca sacra inquinarentur. Cuius rei optimum exemplum legem habes Thasiam[2]) de fano quodam collocando. Ubi cum vox ἐγβάλλειν κόπρον usurpetur, nostro quoque loco suspicabar legendum esse μηδ' ὄνϑον ἐγ(β)[αλε̄ν][3]), sed infinitivus aoristi ferri nequit.

v. 13—17. Doerpfeld verbis οἴκημα ταμιεῖον cellam posteriorem aerariumque templi, quod intrare sacerdotes vetarentur, significari existimavit.[4]) Sed rectissime hanc interpretationem — vel propter articulum omissum — reiciendam esse Dittenberger[5]) ostendit simileque praeceptum atque in sequentibus (μηδ' ἰπνεύεσϑαι) latere intellexit, scilicet ne sacerdotes ministraeque earum cellam haberent in arce penariam. — v. 15 ἰπνεύεσϑαι (pro ἰπνεύεσϑαι) a Lollingio restitutum est et vix quicquam aliud restitui potest. Quamquam cur ne sacerdotibus quidem fornacem, qua ad cenam parandam uterentur, habere licuerit, mirum esse potest.

v. 17 sqq. τὰ οἰκήματα esse duo illa conclavia, quorum fundamenta in ruinis templi ab utroque latere cellae posterioris a Doerpfeldio eruta sunt, verisimile videtur. De his autem a quaestoribus aperiendis quid accuratius constitutum fuerit, non iam ex lapide apparet. Id solum moneam huius muneris item in decreto de quaestoribus reliquorum deorum mentionem fieri v. 15 sqq.: οὗτοι δὲ ταμιευόντων ἐμ πόλει ἐν τῶι ὀπισϑοδόμωι τὰ τῶν ϑεῶν χρήματα — — καὶ συνανοιγόντων καὶ συγκλειόντων τὰς ϑύρας τοῦ ὀπισϑοδόμου καὶ συσσημαινόσϑων τοῖς τῶν τῆς Ἀϑηναίας ταμίαις. — Iam inde a v. 20 reliqua omnia tam lacera sunt, ut nec textus restitui nec sententiarum connexus cognosci possit, exceptis duobus postremis versibus, de quibus vid. supra p. 5. v. 24 latere videtur τόπ[ον], ut temptaveris e. g. φαίνεν δὲ τόπ[ον ʽοῦ προϑε̄ναι ἔστιν] τοῖς ταμίασι τὰ ἐν τῶι λίϑ[οι — —.].

2. Lapis Pentelicus, inventus Eleusine, cuius fracti sunt margines dexter cum sinistro et si Velseno fides, etiam superior. Edd. Pittakis Eph. Arch. 3798, Lenormant, *Rech. archéol. à Eleusis* p. 70 n. 25, A. Mommsen, *Heortologiae* p. 257 sq., Kirchhoff CIA I 5 Velseni et Koehleri apographis usus. Cf. praeterea quae de lectione mensurisque lapidis adnotavit Michaelis, *Arch. Zeit.* 1867, p. 9 (repetiit et imagine lapidis, qui ἐσχάρα fuisse videtur, auxit O. Rubensohn, *Die*

1) supplemento Furtwängleri κ[ύκλον καὶ καϑ']ἅπαν τὸ ʽΕ. lacuna non expletur.

2) *Hermes* III p. 237 sqq.

3) facile enim fieri potest, ut de littera B supersit tantum ⊢.

4) MAI l. c. p. 423.

5) *Hermes* XXVI p. 472 sq.


Mysterienheiligtümer in Eleusis und Samothrake, Berl. 1892, p. 196). — Accedit eiusdem lapidis fragmentum Eleusine nuper erutum, editum ex apographo Lollingii CIA IV p. 57 praetermisso tamen nescio qua causa primo versu. Equidem ectypo usus sum chartaceo quod amicus mihi misit I. M. Paton Americanus*; idem maioris lapidis spatia denuo mensus mecum communicavit.

Ἔδοχς](ε)ν[⁝ τε̃ι βολε̃ι]⁝[1]) καὶ [τ]õι δέμοι ⁝ ʽοι ⁝ ἐπαραιβατε[2])[. . . . . ʽιερε-
ῖα ⁝ τέ]λεια ⁝ O[. . . .]ν ⁝ τὸς[3]) ʽιεροποιὸς ⁝ Ἐλευσινίον ⁝ καὶ [. . . . . ἐν
τõι Ἐλ]ευσι[νίοι ⁝ Γ]ε̃ι ⁝ ʽΕρμε̃ι Ἐναγονίοι ⁝ Χάρισιν ⁝ αῖγα[. . . . ⁝ Ἀθεναίαι ⁝ βοῦν
Ποσειδ]õνι ⁝ [ταῦρο]ν ⁝ Ἀρτέμιδι ⁝ αῖγα ⁝ Τελεσιδρόμοι ⁝ Τρι[4])[πτολέμοι ⁝ πρόβατον
Πλούτο]νι ⁝ δ . . . . . χοι ⁝ Θεοῖν ⁝ τρίττοαν ⁝ βόαρχον ⁝ ἐν τε̃ι ⁝ ἑορ[τεῖ.

Titulus *στοιχηδόν* non est exaratus, singularum litterarum, quarum spatium etiam distinctionis signa obtinere moneo, spatium est 2,3—2,5 cm; inter postremam litteram hodierni lapidis versus primi et totius qui olim fuit lapidis marginem

---

1) distinctionis infimam notam agnovit Michaelis. idem post vocem ʽ*οι* distinctionem testatur.
2) post E extremum vestigia litterae Ϛ agnoscere sibi videtur Koehler.
3) O infra K superioris versus scriptum est.
4) TRIΓ Pittakis, TRIΠ Lenormant, nimis scilicet oculati.
*) en apographum



v. 1 vestigia litterae E, ni fallor, agnosci possunt
v. 2 post distinctionem arcus litterae O vel Θ vel Φ
v. 5 ante I reliquiae litterae N paene certae apparent.

dextrum spatium 49 cm intercedit.[1]) Unde cum etiam de restitutione initii inscriptionis dubitari nequeat, quot fere litterae ab utraque parte lapidis supplendae sint, facile computari potest. Ectypi autem novi illius quod mihi praesto est, hic maxime est usus, ut certa nunc ratione fragmentum cum lapide componi possit. Totius enim inscriptionis versus fuisse quinque certum est. Itaque cum totidem reliquiae in frustulo nostro appareant, voce autem *ἐν τῇ ἑορτῇ* sine dubio inscriptio finiatur, a dextra parte fragmentum adiungi nequit, adiungendum igitur est a sinistra. Iam cum in initio tituli verba sollemnia *ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* non suppleri non possint, litterae ΕΝ quae in primo fragmenti versu leguntur, quin finis vocis *ἔδοξεν* sint, dubium non est clarumque quo loco frustulum inserendum sit.

Ita etsi fundamentum, ut mihi videtur, certissimum restitutioni subiectum est, tamen non paucae dubitationes remanent planeque in integrum titulus restitui nequit. Quod valde dolendum est. Est enim praeter hymnum in Cererem Homericum antiquissimum de cultu Eleusinio testimonium, adscribendum aut exeunti saeculo sexto aut ineunti quinto.

v. 1 quid ΕΠΑΡΑΙΒΑΤΕ litteris lateat, adhuc expeditum non est. Nam quod Lenormant legendum proposuit *οἱ ἐπ' ἀρᾷ* novum plane et inauditum sacerdotium Eleusinium fingens, vix erit qui credat, neque debuit ab eo conferri *ὁ ἐπὶ τῷ βωμῷ*, vox rationis plane diversae. An nomen latet et scribendum est *οἱ ἐπ' Ἀραιβατε* —?

In sequentibus ipsa verba ut restituam, non mihi contigit, sententiam autem, si recte *ἱερεῖα τέλεια* supplevi, hanc fere fuisse duco, ut hieropoei Eleusiniorum[2]) hostias adultas emere et in fano[3]) Eleusinio sacrificare iubeantur. — Inde a v. 3 dii quibus res sacra fiat, enumerantur. Quorum duo esse genera vel obiter inspicienti apparet. Di enim proprie mystici non nisi a medio versu 4 occurrunt, antecedunt dii deaeque per se a mysteriis alieni quos tamen in fano Eleusinio una cum illis cultos esse titulus testatur.

v. 3 Lenormant scripsit *Κουροτρόφωι Γ]ει* collatis verbis Aristophaneis (Thesm. v. 296—300): *Εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ καὶ τῷ Πλούτῳ καὶ τῇ Καλλιγενείᾳ καὶ τῇ Κουροτρόφῳ Γῇ καὶ τῷ Ἑρμῇ καὶ ταῖς Χάρισιν*, quamquam hic non de Eleusiniis, sed de Thesmophoriis sermo est. Sed re vera scriptum fuisse *Γ]ει* atque reiciendum esse coniecturam *Ἑκάτ]ει*, quam Robert acuta argumentatione defendit[4]), spatium lacunae nunc demum constitutum docet. Neque etiam cur trinitas illa ut Thesmophoriis non ita Eleusiniis quoque venerari potuerit, intelle-

1) computari potest, quia a posteriore parte lapidis paulum marginis dextri servatum est. Ceterum spatium esse 49 cm. auctor est Paton. Minus indicavit Michaelis; sed videas quod Rubensohn l. c. ipsum Michaelium profiteri testatur.

2) minime sane certum *Ἐλευσινίων* pendere ex *ἱεροποιούς* vid. Mus. Rhen. LI, p. 224.

3) Nam fanum quoque Eleusine situm *Ἐλευσίνιον* dici potuit; cf. de hac re p. 21/22.

4) de Gratiis Atticis, in Comment. Mommsen. p. 143 sqq.

gitur.[1]) — Ἀθηναίαι βοῦν e titulo statim a me commemorando suppletum est.

v. 4 Ποσειδ]ῶνι certum videtur commendaturque sequenti Dianae mentione cf. Paus. I, 38, 6: Ἐλευσινίοις δέ ἐστι μὲν Τριπτολέμου ναός, ἔστι δὲ Προπυλαίας Ἀρτέμιδος καὶ Ποσειδῶνος Πατρός.

Τρι[πτολέμῳ et sqq.; de dis Eleusiniis hostiisque iis immolatis alterius quoque tituli testimonium exstat gravissimum, decretum de primitiis fructuum Eleusina dedicandis, cuius haec sunt conferenda verba (n. 4 v. 36—40): *θύειν δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ πελανοῦ καθότι ἂν Εὐμολπίδαι [ἐξηγῶ]νται, τρίττοιαν δὲ βόαρχον χρυσόκερων τοῖν Θεοῖν ἑκα[τέραι ἀ]πὸ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν καὶ τῶι Τριπτολέμωι καὶ τῶι Θεῶι καὶ τῆι Θεᾶι καὶ τῶι Εὐβούλωι ἱερεῖον ἑκάστωι τέλειον καὶ τῆι Ἀθηναίαι βοῦν χρυσόκερων.* Cum his ut nostra quoque lex concinnat, primo nemo non efficere temptabit, at diversam prodi seriem deorum mox intelleget. Principale sane sacrificium Cereri et Proserpinae faciundum, *τρίττοια βόαρχος*, utrubique adest atque etiam Triptolemo hic ut illic hostiam decerni litterarum reliquiae clare indicant.[2]) Contra inferos illos deos, Deum Deamque et Eubulum nostrae legi nullo modo inseri posse cuivis temptanti facile apparebit. Plutonem vero, quem illic frustra requirimus, hic occurrere certum videtur; alius quidem dei nomen aptum quod in initio v. 5 restituatur, inveniri nequit. Maioribus angustiis implicamur lacunam quae est inter *Πλούτωνι* et *Θεοῖν*, aggredientes. Litteris enim ΧΟΙ ante *Θεοῖν* servatis adducti et A. Mommsen et Lenormant Ἰάκχῳ legerunt omnibusque comprobaverunt. Iam Iacchi nomine suppleto cum duarum fere supersit litterarum spatium post Δ antecedens, neque vero de particula *δέ* cogitari utpote a legis dictione aliena neque hostiae ullius nomen quo lacuna expleatur, inveniri possit, relinquitur, si modo scripserimus Ἰάκχῳ, ut praemittamus *Διί*. Sic autem, sive *Πλούτωνι Διί* sive *Διὶ Ἰάκχῳ* coniunxeris, esse quod magnam dubitationem aut offensionem commoveat, patet. Itaque ubi memineris nunquam, ne recentiore quidem aetate, Iacchum Eleusine ipsa cultum esse neque in altero illo decreto florentis Iacchi cultus temporibus respici, nescio an huius dei nomen prorsus e nostra lege eliminandum et haec sit via ingredienda, ut litteras δ . . . . . χοι unius esse verbi eoque Plutonis contineri iudicemus cognomen. Sic autem *τρίττοα* Plutoni Cereri Proserpinae fit i. e. eidem trinitati, quae primum hymno in Cererem cognoscitur neque etiam multis annis post, cum orbis deorum Eleusiniorum amplificatus esset, prorsus dilapsa est (cf. CIA II 834[b] col. II v. 46: *ἐπαρχὴ Δήμητρι καὶ Κόρηι καὶ Πλούτωνι*, 329/8 a. Chr. n.).

Hunc in modum titulo restituto quae inde de ratione inter Plutonem et Eubulum intercedente totaque illa quaestione difficillima concludi pos-

---

1) connexum Thesmophoriorum et Eleusiniorum tetigit etiam Nissen, Mus. Rhen. XL p. 346 sq.; cf. etiam Paus. I, 28, 6, ubi *Γῆ* et *Πλούτων* et *Ἑρμῆς* coniuncti occurrunt.

2) Cum Triptolemo hic *Τελεσιδρόμος*, heros quidam ut videtur agonisticus, coniungitur; neque enim hoc cognomen Triptolemi esse recte Rubensohn (l. c. p. 33) monuit.

sint, tangere nolo.[1]) Haec notanda videntur, quae satis certo ex ipso nostro titulo colligere liceat. Primum enim inde quod tres illi dei inferi, *Θεός*, *Θεά*, *Εὐβουλεύς*, una desiderantur, cum trinitatem quandam iis constitutam esse confirmetur[2]), tum ea aetate qua inscriptio nostra lapidi incisa est, eius cultum cum Plutonis Cereris Proserpinae cultu nondum coaluisse apparet. Deinde autem Plutonem Eleusine nunquam, ne post Pisistratum quidem, ut Foucarto videbatur, coli desitum esse iam certo tituli testimonio utimur.

Τρίττοα βούαρχος quid sit, omnium quos attulit Lenormant auctorum optime explicat Eustathius (ad Od. λ 130—131): *ἰστέον δὲ ὅτι ἡ τοιαύτη τρίττυα*[3]) *λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς οἳ τρίττυαν ἔλεγον τὴν ἐκ τριῶν ζῴων οἷον δύο μήλων καὶ βοός, ὡς Ἐπίχαρμος, ἢ βοὸς καὶ αἰγὸς καὶ προβάτου ἢ κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου*, atque cum addit: *ἡ δὲ τοιαύτη καὶ βούπρῳρος, φασίν, ἐλέγετο διὰ τὸ προηγεῖσθαι αὐτῆς οἷα νηὸς πρῷραν τὸν βοῦν*, ab eo eiusmodi *τρίττοαν βούαρχον* dici et per se patet atque etiam diserte ab Hesychio vox *βούπρῳρος* illo ipso explicatur verbo *βουάρχης*. Hanc autem formam fuisse Atticam putaverim, illam communem Graecorum; quae e. g. occurrit in decreto Delphorum anni 192/1: *θυσίαν συνετέλεσαν τῶι θεῶι ἑκατόμβαν βούπρω[ιρον καὶ] δωδεκαΐδα βούπρωιρον τᾶι Ἀθανᾶι* (SIG 207). Illam autem *τρίττοιαν* quae Eleusine Cereri et Proserpinae fiebat, cum illo alterius decreti loco (n. 4 v. 37) vocetur *χρυσόκερως*, Dittenberger (SIG p. 26 adn. 10) quia necessario verbum *χρυσόκερως* ad omnia tria animalia referendum esset, bovem arietem hircum fuisse optime intellexit. Eodem denique titulo quoniam diserte dicitur *ἑκατέρᾳ*, utrique deae, et Cereri et Proserpinae eiusmodi sacrificium factum esse apparet, unde sequitur ut Pluto ipse quoque suam acceperit *τρίττοιαν*.[4])

3. Lapis a tribus lateribus inscriptus (A et C in latioribus partibus antica et postica, B in angustiore latere dextro) Athenis, ubi eum vidit Chandler, Londinium delatus in museum Britannicum. B edd. Chandler Inscr. II p. 54, Sauppe, Progr. Gotting. 1861; totum titulum post Boeckhium (e schedis Rosianis) CIG 71 Kirchhoffium CIA I 1 alios omnium accuratissime ut iam ceterorum virorum doctorum varias lectiones omittere possimus, expressit Hicks, *Anc. Greek inscript. in the Brit. Mus.* I 2; inde Kirchhoff CIA IV p. 3. 4 et Dittenberger SIG 384. — Accessit autem fragmentum ab omnibus partibus decurtatum, quod A. Stschukarew Athenis a venditore quodam rerum antiquarum emit atque nostri tituli lateris C esse intellexit. Edd. coniunctum cum lapide Londinensi Novossadsky MAI XIV p. 410 sqq., Kirchhoff CIA IV fasc. 3 p. 133.

---

1) cf. ad n. 4 p. 24.

2) cf. Rohde, *Psych.* 195 adn. 3.

3) Sic apud Photium quoque scriptum invenitur, apud Suidam autem et schol. in Arist. Plut. 820 *τριττύς*. Sed Athenis certe legitimam formam *τρίττοια* fuisse — nam *τρίττοα* nostrum ita explicandum videtur ut *ποεῖν* pro *ποιεῖν* — inscriptionibus demonstratur recteque docuit Herodianus (ed. Lentz I p. 281): *τρίττοια* (sic, non *τριττοία*) *ἡ θυσία ἥτις ἐκ τριῶν ζῴων ἐθύετο*. Sed num ceteras formas apud lexicographos usurpatas corruptelis esse natas recte iudicaverit Dittenberger, dubium mihi videtur; obstaret maxime titulus ed. *Arch. Anz.* XIV (1856) p. 164, in quo ipsa forma *τρίτυα* occurrit, dum modo hanc genuinam esse certum esset.

4) cf. de hoc sacrificii genere etiam Stengel, *Jahrb. f. Phil.* 1886, p. 329—331.

A

. . . . ρ . ε . . . .
. . . . δρα[χ]μεῖϲ-
ι . . . .]πε . τοϲ . .
. . . . με[ν]οϲ δι . .
. . . . τõν πόλεο[ν
. . . . οκεκαναερ
. . . . : ἐάν τιϲ τõ[ν
. . . . ον ἒ ʽό[ϲ]α .
. . . . ϲ . ἐμ [π]ό[λε
ι . . . .]αϲ [ʽ]ίνα .
. . . . αντ . . . ινϲ
. . . . τõ]ν πόλ[εον] π . .
. . . . χρ . . . .
. . . . ε . βο . . . . . .
. . . . εχθεο . . : χ .
. . . . νδ . . . . ο
. . . . α . . . / . . . καϲ
. . . . ο . . . . . ϲθ .
. . . . αν . . . . . ιΛ .
. . . . ι . . πε
. . . . εια . τεν .
. . . . ιΛ . . . .
. . . . \ . . ι . . . . . .
. . . . ϲεια . . . . . αμ . . .
. . . . π]όλει . α . Λ . νε . . . .
. . . . οτοι . . . . οι· ἐὰν δὲ
. . . . ι, μὲ [χρέϲ]θ[ο]· ἐὰν δὲ ἰ
. . . . . . κ]ατὰ ταὐτὰ ταῦτα, ἐὰν
. . . . ʽέκα]ϲτον [κατὰ] τὲν δύνα-
μιν ὀφλε̃ν·] πρᾶχϲαι δ᾽ ἔκπραχϲ[ι
ν· ἐὰν δὲ μὲ] ἐγδõι τὸν ὀφλόντα, μ-
ὲ χρε̃ϲθαι τ]õι ʽιερõι : ἐὰν δ[ὲ . .
. . . .]ῖ, ε[ἰ]λεθε̃ναι ἐμ πό[λε-
ι . . . . . . τ]ὲν ἐλθõϲαν ΙΛΙ . . .
. . . . ʽύϲτερον ʽ[εμίϲ]εα-
ν . . . . ι : τõν ᾽Αθεναίον με
. . . . το]ύτον τõν πόλεον μ
. . . . αϲθαι, ἐὰν μὲ . . .
. . . . ἐπιχορίαν ε . . πο
. . . . θέντα· ʽέτιϲ δ᾽ ἂν[τ-

B

[τ-
ὰ μ]ὲν ʽακόϲι[α
ʽ]απλε̃ι, τὰ δὲ [ʽ-
ε]κόϲια διπλ[ε̃-
ι· ϲ]πονδὰϲ εἶν-
αι] τοῖϲι μύϲ(τ)-
εϲιν] καὶ το[ῖϲ
ἐπ]όπτειϲιν [κ-
αὶ τ]οῖϲ ἀκολ[ο-
ύθ]οιϲιν καὶ [χ-
ρέμα]ϲιν τõ(ν) [ὀ-
θ]ν[ε]ίον καὶ [᾽Αθ-
ε]ν[α]ίοιϲιν [ʽ́α-
παϲιν. ἄρχε[ν δ-
ὲ τὸν χρόνο[ν τ-
õν ϲπονδõν [τõ
Μεταγειτνι[õ-
νοϲ μενὸϲ ἀπ[ὸ
διχομενίαϲ, [κ-
αὶ τὸν Βοεδρ[ο-
μιõνα καὶ τõ [Π-
υανοψιõνοϲ
μέχρι δέκατε-
ϲ ʽιϲταμένο· τ-
ὰϲ δὲ ϲπονδὰϲ
εἶναι ἐν τεῖϲ-
ι πόλεϲιν ʽο[ὶ]
ἂν χρõνται τõ-
ι ʽιερõι καὶ ᾽Α-
θεναίοιϲιν ἐ-
κεῖ ἐν τεῖϲιν
αὐτε̃ϲι πόλεϲ-
ιν· τοῖϲι δὲ ὀλ-
είζοϲι μυϲτε-
ρίοιϲιν τὰϲ [ϲ-
πονδὰϲ εἶνα[ι
τõ Γαμελιõνο-
ϲ μενὸϲ ἀπὸ δ[ι-
χ]ομενίαϲ κα[ὶ
τὸν ᾽Ανθεϲτε[ρ-
ι]õνα καὶ τõ ᾽Ελ-

ον πόλεον] μὲ ἐθέλει δ[ίκα]ς [δ]ι-
δόναι καὶ] δέχεσθαι (μ)[ὲ ἒ]να[ι χ-
ρε̃σθαι τὸ χ]σύ[ν]ολον.

αφεβολιο̃νος
μέχρι δεκάτ(ε)-
ς ἱσταμένο.

C.

. . . . ὀ]βολ[ὸν παρὰ τ-
ο̃ μύστο ἑκάστ]ο: ἱε(ρ)[οκέρυχ-
ς λαμβανέτο ἑ]μιοβέ[λιον κα-
θ' ἐμ]έρα[ν παρὰ τ]ο̃ μύστο [ἑκάς-
το ἑ]έν· ἱε[ροφάν]τεν δὲ μι[σθὸν
λ]αμ[βά]νεν μ[υστε]ρίοις τ[οῖς μ-
ε]ίζοσιν παρ[ὰ το̃ μύ]στο ἑ[κάς-
τ]ο ὀβολὸν καὶ [τοῖς ὀλ]είζ[οσιν
μυ]στερίοις [ὀβολὸν παρὰ το̃ μ-
ύσ]το ἑκάστο· ς . . . .
. . . τοῖν Θεο[ῖν . . . .
. . . . οχιον ι . . . .
. . . . οδετον ἑ . . . .
. . . . ιον δραχ[μ . . . .
. . ἀν]αλόματα . . . .
. . . . . νεδοτοι . . . .
. . . . ς λαμβάν[εν παρὰ το̃ μ-
ύστο ἑκ]άστο . . . .
. . . . . ενον θελειο . . . .
. . . . τε . με ε . . . .
. . . . λεν τὸ ἀφ . . . .
. . . . ο· Κέρυκας δὲ μυ[ομένος τ-
ὸς μ]ύστας ἑ[έκ]αστον . . . .
. . . . ας κατὰ τά[δ]ε ἀε . . . .
. πλε̃θος εὐθ[ύ]νεσθα[ι . . . . . .
. δραχ]με̃σι· μ[υ]ε̃ν δ' εἶ[ναι τοῖς
ὄ̃σι [Κε]ρύκον [καὶ] Εὐ[μολπιδο̃ν
τ]ο̃ δὲ ἱερο̃ ἀργυρί[ο τὸ ἐκ το̃ν
θ]ες[αυρο̃ν γενόμ]εν[ον ταμιεύ-
ε]σθαι [ἐν περιβ]όλο[ι το̃ι νότο-
θ]εν το̃ τε̃ς Ἀθεναία[ς ἀρχαίο ν-
ε]ὸ ἐμ πόλει· τ[ὸ] δὲ ἀρ[χαῖον τοῖ-
ς ἱεροποιο[ῖσι] το[ῖν Θεοῖν ἐ-
μ] πόλει ταμιεύεσθ[αι . . . . . .
. δ . . . . χεν ἐν το̃ι ἑ[ιερο̃ι . . .
. β . . . . εν τὸ[ς ὀ]ρφ[ανὸς . . . .
. τὸς ὀρφανὸς . ι . . . .
μ]ύστας ἕκαστο μ . . . .

τὸ]c μύcτac τὸc ᾿Ελε[ucῖνι μυο-
μέ]νoc ἐν τε͂ι αὐλε͂ι [. . . . . . τõ ἱ-
ι]ερõ, τὸc δὲ ἐν ἄcτει [μυομένο-
c] ἐν τõι ᾿Ελ[ε]υcινίοι.
Τ]ὸν ἐπὶ τõι βομõι ἱερέα καὶ τ[ὸc ἱεροποιὸc
τ]õν θεοῖν καὶ τὸν ἱερέα το[ῖν θεοῖν μιcθὸν
λ]αγβάνεν ἕκαcτον τότο[ν[1]) ἐμιοβέλιον παρὰ
τõ μ]ύc[το ἑκ]άcτο ν — — —

A v. 30 extr. ΓΡΑΧΙΣ, sed ΙΣ unius litterae locum tenet. v. 43 post χ]cύ[ν]ολον septem litterarum spatium vacuum est. B v. 5 ΜΥΣΙ 15 ΔΕΚΑΤΙ in lapide fuisse videtur. C v. 6 med. ΜΕ Hicks, litterae Ε autem ne minimum quidem vestigium in ectypo apparere dicit Kirchhoff. 13 ΟΧΕΤΟΝ lapis. 44 init. ΤΟΝ pro ΤΟΙΝ incisum est.

Titulus *στοιχηδόν* scriptus est praeter extremos quattuor lateris C versus, quorum litterae multo artius collocatae sunt. Unde Hicks primus recte statuit latere C finem totius inscriptionis contineri. Nam quod illi versus minus quam ceteri diductis litteris scripti sunt atque etiam in his solis aspirationis notae omissae sunt, vix dubitari potest, quin id propter angustias spatii factum sit, quas tamen non nisi in fine inscriptionis a lapicida sentiri potuisse patet.

De ratione tituli primus Sauppe recte iudicavit perspexitque eo neque *ἐκεχειρίαν* contineri i. e. indutias quales ante Eleusinia ab Atheniensibus nuntiari solebant, neque pactum de quo Atheniensibus cum hostibus quibusdam convenisset[2]), sed decretum populi quo feriae Eleusiniae ordinarentur. Nam in mero pacto tam accurate de singulis rebus iisque ut videtur minutissimis praescribi veri dissimillimum est.

Minus recte idem titulum post indutias triginta annorum (a. Chr. 445) incisum esse iudicavit. Litteris enim antiquioribus Atticis ΑΣΦΒΡ eum anno 450 non recentiorem indicari Hicksius ostendit putatque intra annos 460—450 scriptum esse. Longe antiquiorem existimat Kirchhoff concedoque tales constitutiones cur prioribus temporibus quam S. et H. posuerunt, sanciri potuisse negemus, causam idoneam esse nullam.

Latus A pessime conservatum est ut paucis locis certus sententiarum connexus cognoscatur. Hoc tamen perspicuum est de iis qui leges sollemnium violassent, eorumque poenis agi. Versus vicenarum fuerunt litterarum aut ternarum aut quaternarum. Nam quod Dittenberger quattuor extremos versus legit: *ἥτις δ᾿ ἂν [τῶν πόλεων κατὰ ταῦτα] μὴ ἐθέλῃ δ[ίκα]ς [δ]ι[δόναι Ἀθηναίοις καὶ] δέχεσθαι, μ[ὴ εἶ]να[ι χρῆσθαι τῶι ἱερῶι τὸ χ]σύ[ν]ολον*, sensum optime enucleavit, verba tamen ipsius tituli se restituisse ipse spondere noluit nec debuit. Profecto enim latera A et C latitudine non ita differebant, ut alterius versus tricenas haberent binas litteras, alterius vicenas ternas, immo utriusque lateris versus eundem fere litterarum numerum, vicenas scilicet ternas, habuisse per se veri simili-

1) vid. p. 16 adn. 6.
2) ita Boeckh CIG l. c. et Add. p. 890.

mum est.[1]) Ac prodit hic ipse numerus omissis iis quae in textu Dittenbergeri non sunt necessaria, κατὰ ταῦτα, Ἀθηναίοις, τῶι ἱερῶι; nam ne illud quidem κατὰ ταῦτα, etsi additum malis, prorsus necessarium. Quaternae autem vicenae litterae occurrunt nobis v. 30—32, qui aliter atque a me factum est, vereor ne non suppleri possint. Illa enim, πρᾶξαι δ' ἔκπραξ[ιν· ἐὰν δὲ μὴ ἐγδῶ]ι τὸν ὀφλόντα (sc. ἡ πόλις), μ[ὴ χρῆσθαι τ]ῶι ἱερῶι, ut sensui satisfaciunt, ita ne littera quidem abundant. Statuendum igitur aut in extrema parte lapidem non nisi ternarum vicenarum litterarum capacem fuisse, aut tribus illis versibus — hoc autem veri similius — praeter ordinem litteram intrusam esse, id quod non semel factum esse constat.[2]) — v. 31 τὸν ὀφλόντα multae esse debitorem antecedentia verba πρᾶξαι δ' ἔκπραξιν declarant. Ex isdem collegerit quispiam hic iam de privato agi dedito. Sed nescio an inde a v. 33—34 demum de dedito debitore sermo sit legendumque: ἐὰν δὲ αὐτὸν ἐγδῶ]ι, ε[ἰ]ληθῆναι ἐμ πόλει. Sed haec incertiora quam quae in textum receperim; quamquam num ullum aliud verbum praeter εἰληθῆναι[3]) reliquiis litterarum sese applicet, dubitaverim (prius enim illud ι finis coniunctivi ab ἐὰν pendentis). Reliqua quoque incerta, velut ἰδιώτης, de quo v. 27/28 cogitavi. — v. 26: μὴ χρήσθ]ω τῶι [ἱερ]ῶι? — v. 28 scribi posse et ἐάν et ἐᾶν moneo.

Lateris B quantum integrum est — a superiore enim parte lapis fractus est — totum legi potest. Primis verbis etiam de damnis sarciendis agitur qua re confirmatur latus A item de poenis scriptum coniungendum esse cum initio lateris B, i. e. ordine anteponendum.

v. 5 sqq. decernitur quibus hominibus indutiae sacrae dentur; iam pridem restituta sunt nomina μύσται, ἐπόπται, ἀκόλουθοι[4]), nunc autem etiam sequentem lacunam expeditam esse confido. Hicksius Rosium et Boeckhium secutus coniecerat supplendum esse καὶ [δούλ]οισιν τῶ(ν) [Ἀθη]ν[α]ίων ΔΟΛΟΙΣΙΝ scribens. Sed supplemento Ἀθηναίων omnis tituli ratio sensusque pessime turbatur. Nam quid tandem haec vox sibi vult? An solis Atheniensium mystis servisque indutiae decernuntur? contrarium, opinor, decernitur ut omnibus indutiae sint Graecis, quicumque sacro Eleusinio uti velint. Hos ipsos igitur ceteros Graecos dici aut vocem omnes et Athenienses et ceteros Graecos complectentem usurpari certum est, ut si sensum respicias, propius ad verum accesserit Sauppii τῶν τούτων, ceteroquin sane non ferendum. — Melius supplementum δούλοισιν est, non

1) cf. n. 6 (= CIA IV p. 4), cuius latera anticum et posticum item eundem fere litterarum numerum habent (A quindecim, C quattuordecim).

2) velut statim in latere C bis accidit v. 5 et 8, ubi quin Kirchhoff recte legerit, dubium non est. Pariter n. 4 lapicida et v. 42 et v. 54 litteram praeter ordinem intrusit, altero loco I, altero O.

3) Iniuria igitur si modo hoc recte suppletum est, A. Ludwich (*Jahrb. f. Phil.* 1888 p. 738 sqq.) formam Atticam εἴλλω fuisse putat, neque solum sequiores minusque veteres Attici, ut videbatur Cobetio (Var. Lect. p. 87), sed etiam antiqui εἰλέω pro εἴργειν dicebant.

4) vocis ἀκόλουθοι usum iam Boeckh illustravit Thucydidis verbis (IV, 118): κήρυκι δὲ καὶ πρεσβείᾳ καὶ ἀκολούθοις ὁπόσοις ἂν δοκῇ — — — — ἐς Πελοπόννησον καὶ Ἀθήναζε σπονδὰς εἶναι ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσι.

satis a Kirchhoffio et a Dittenbergero eo reiectum, quod non liceret scribi ΔΟΛΟΙΣΙΝ, ΔΟΥΛΟΙΣΙΝ autem spatii rationibus non conveniret. Neque enim insolenter litteram praeter ordinem legitimum addi modo vidimus et genuinam quoque diphthongum simplici O exprimi tituli nunc iam satis docuerunt.[1]) Naturam autem vocis olim hoc loco scriptae cum reputamus, eo maxime iuvamur quod verbo supplendo articulus anteisse non potest, cum cetera illa nomina coniuncta sint cum articulo. Inde nisi forte casu hoc factum esse putamus, pro certo haberi potest vocem τοῖς ἀκολούθοισιν et eam quae deinde desideratur, artius sensu cohaerere. Itaque non prave δούλοισιν adici concedo. Sed verba ἀκολούθοισιν et δούλοισιν idem fere significare nemo negabit. Atqui est cui praeter homines ante dictos indutias decretas esse exspectemus, rem dico familiarem qua homines ad Eleusinia profecti utebantur. Ita Delii decernunt: ἀτέλεια δὲ ἔστω τοῖς ἐργώναις] καὶ ἀσυλία ἐν Δήλῳ καὶ αὐτοῖς καὶ ἐργάταις καὶ σκεύεσι καὶ ὅσα ἂν ἐξάγωσιν ἢ εἰσάγωσιν ἐφ' ἑαυτῶν χρείᾳ[2]), atque in Amphictyonum decreto de Ptoiorum indutiis facto illud ipsum ἀκολούθοις occurrit subiungiturque καὶ ἃ ἂν ἔχωσιν.[3]) Itaque de significatione utriusque verbi olim scripti cum non dubitarem, de ipsis vocabulis restituendis periclitanti subvenit mihi Usener et egregie rem expedivit scribendum monens καὶ χρήμα]σιν[4]) τῶν [ὀθ]ν[ε]ίων.[5]) — v. 18. Sauppii coniectura διχομηνίας ab Hicksio e lapide ipso confirmata est; interim vox e litteris (Hesych. s. v.) anthac nota denuo in titulo apparuit, Prott F. 8 v. 4.

Lateris C initium v. 1—10 novo illo fragmento reperto optime a Kirchhoffio restitutum est, neque obstat quod bis ita ordo scripturae στοιχηδόν dispositae turbatur cf. supra p. 14 adn. 2. Sequentibus autem item de sportulis sacerdotum Eleusiniorum agi e vestigiis v. 17 et 18 apparet, ubi solitam formulam λαμβάνειν παρὰ τοῦ μύστου ἑκάστου certo restituisse mihi videor. Ac nescio an daduchi munus hierophantae subsecutum sit, cf. v. 12 [δαιδ]οχιõν? — v. 20 sq. temptaveris μὲ ἐ[ναι μεδὲν λ]αμβάνεν π]λὲν τõ ἀφ[ορισμένο | μισθ]õ. — Inde a v. 26 plurima Kirchhoffio iterum aut Dittenbergero debentur.[6]) v. 28 huius vestigia secutus temptavi [τὸ ἐκ τῶν θ]ησ[αυρῶν γενόμ]εν[ον], antiquo capiti (v. 31) τὰ ἐπέτεια opponens. Cf. SIG 14 v. 25: λόγον διδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων καὶ τῶν προσιόντων τοῖς θεοῖς. — v. 31 τοῦ τῆς Ἀθηναία[ς ἀρχαίου

1) velut n. 4 v. 40 βõν scriptum est; plura exempla collegit Meisterhans, Gramm. d. att. Inschr.² p. 49.

2) *Hermes* XVII p. 5.

3) CIGS 4135 init.; enuntiatum sane non est integrum, sed illa verba de indutiis intellegenda esse certissimum.

4) Interim ipsum verbum in titulo usurpatum inveni: Le Bas-Foucart, *Mégaride et Pélop.* 340 c Tegeatae homini tribuunt ἀσφάλειαν καὶ ἰν πολέμοι καὶ ἐν ἰράναι καὶ αὐτõι καὶ ἐκγόνοις καὶ χρήμασι.

5) Atticos ὀθνεῖος pro ἀλλότριος dixisse constat e cod. Urbin. apud Bekk. Anecd. p. 1095.

6) glossa Photii: Φιλλεῖδαι· γένος ἐστὶν Ἀθήνησιν· ἐκ δὲ τούτων ἡ ἱέρεια τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἡ μυοῦσα τοὺς μύστας ἐν Ἐλευσῖνι, quae legis nostrae v. 26 et 27 repugnare videtur, ad Haloa referenda est, vid. Toepffer, *Att. Geneal.* p. 63 et 93 sq.

νε]ώ supplevit K. et vix quicquam aliud suppleri posse videtur. Quodsi re vera iam ante a. 450 νεώς qui vocabatur ἀρχαῖος in arce erat[1]), sic propter Parthenonem, ut censuit Doerpfeld[2]), eum non esse vocatum patet. Sequitur ut templum a Persis dirutum, si modo recte hoc ipsum Doerpfeldio νεώς ille ἀρχαῖος fuisse videtur, propter Erechtheum ita vocatum sit antiquiusque hoc fuerit.[3]) Quod num veri simile sit, alii diiudicent. Est tamen quo sententia Doerpfeldii confirmari possit. In nostra enim lege (C v. 30) de loco quodam saepto sermo est ad meridiem[4]) Minervae templi sito. Nunc autem in inscriptione ad curam antiqui Hecatompedi pertinente (cf. n. 1 v. 9—10) item loci cuiusdam mentio fit ad meridiem templi siti. Utrubique igitur eundem locum dici, ut Furtwängler coniecit, satis veri simile est. Certum sane iudicium ferre vereor ne nunquam liceat, quia nostrae legis supplementa etsi veri simillima attamen non sunt certa.

v. 34 τοῖ]ς ἱεροποιο[ῖσι] το[ῖν Θεοῖν: hoc nomen felicissime restituit Dittenberger; eiusdem generis sunt atque ii, quos olim in plurimis templis fuisse pecuniisque administrandis operam dedisse constat e lege de reliquorum deorum quaestoribus (SIG 14 v. 18: *παρὰ δὲ τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπιστατῶν καὶ τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, οἳ νῦν διαχειρίζουσιν*). Idem autem nomen in infimo latere v. 43 confidenter scripsi, ubi reliquum enuntiatum ad exemplum initii restituendum esse reliquiae litterarum indicabant. Supplementa autem sese invices tuentur. Idem enim numerus litterarum quo v. 43 cum scribimus τὸς ἱεροποιός, opus est, versibus 44 et 45 rite constitutis existit nec non cum spatio lapidis arctius inscripti convenit.[5]) Apparet autem v. 43—46 additamentum esse aut statim aut paulo post ipsam legem incisam factum.[6])

4. Tabula marmorea inventa Eleusine in fundo quodam privato haud procul a mari, Athenas translata in museum centrale. Edd. Eustratiadis Π α λ ι γ γ ε ν ε σ ί α 1880 Φεβρ. 18 et 28, Ἀ θ η ν α ί ο υ VIII p. 405 sqq., P. Foucart BCH IV p. 225 sqq. (tab. IV) Dittenberger SIG 13, Kirchhoff CIA IV p. 59 n. 27ᵇ et collatione lapidis usus a Koehlero facta et ectypo chartaceo a Phinticle misso. Cf. praeterea quae de titulo exposuerunt Sauppe Ind. lect. hib. acad. Gotting. 1880/81 et A. Schmidt *Jahrbb. f. Philol.* 1885, p. 681 sqq.

---

1) alterum testimonium attulit v. Wilamovitz, *Kydathen* p. 69 sqq.

2) MAI XII p. 48 et 196; recte iam Petersen (ibid. p. 65) nostra verba, etsi ipse Doerpfeld attulit, sententiae eius repugnare monuit.

3) Doerpfeld, l. c. p. 199. Sed cf. etiam quae disputavit Furtwängler, *Meisterw.* p. 155 sqq. et 165.

4) nam quod Doerpfeld legit ὄπισθ]εν, hoc etsi cum spatio convenit (errat Furtw. l. c. p. 165 adn. 3), tamen mihi quoque veri valde dissimile videtur.

5) integri versus hic erant litterarum tricenarum quaternarum, ceteri vicenarum ternarum; exstant autem v. 43 viginti tres, quae idem spatium atque sedecim superioris versus litterae tenent.

6) e scriptura τότον, quae certo adhuc non nisi in titulis exeuntis saeculi quinti innotuit (cf. Meisterhans, l. c. p. 49 adn. 435), collegeris versus item exeunte saeculo quinto additos esse. Sed fieri potuit, ut propter spatii angustias sicut aspirationis nota carent, ita simplex quoque O pro OY scriberetur. Cf. etiam MAI XVIII p. 225 sqq. ubi antiquissimae inscriptionis Atticae v. 2 Studniczka haud improbabiliter legendum proposuit: τῦτο δεκᾶν μιν.

Τιμο]τέλ[ε]ς Ἀχαρνε[ὺς] ἐγραμμάτευε.

Ἔδοχς]εν τε̃ι βολε̃ι καὶ τõι δέμοι, Κεκροπὶς ἐπρυτάνευε, Τιμοτέλες ἐ]γραμμάτευε, Κυκνέας ἐπεστάτε. *Τάδε οἱ χσυγγραφε̃ς[1]) χσυνέγρ]αφσαν· ἀπάρχεσθαι τοῖν Θεοῖν τõ καρπõ κατὰ τὰ πάτρια καὶ τὲν μαντείαν τὲν ἐγ Δελφõν Ἀθεναίος ἀπὸ τõν ʽεκατὸν μεδίμνον [κριθõν μὲ ἔλαττον ἒ ʽεκτέα, πυρõν δὲ ἀπὸ τõν ʽεκατὸν μεδίμνον μὲ ἔλαττον (ἒ) ʽεμιέκτεον. ἐὰν δέ τις πλείο καρπὸν ποιε̃ι ἒ τ[οσοῦτον[2]) ἒ ὀλείζο, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπάρχεσθαι. ἐγλέγεν δὲ [τὸς δ]εμάρχος κατὰ τὸς δέμος καὶ παραδιδόναι τοῖς ʽιεροποιοῖς τοῖς Ἐλευσινόθεν Ἐλευσινάδε· οἰκοδομε̃σαι δὲ σιρὸς[3]) τρε̃ς Ἐλευσῖνι κατὰ τὰ πάτρια ʽόπο ἂν δοκεῖ τοῖς ʽιεροποιοῖς καὶ τõι ἀρ[χ]ιτέκτονι ἐπιτέδειον ε̃ναι, ἀπὸ τõ ἀργυρίο τõ τοῖν Θεοῖν, τὸ[ν δὲ καρπὸν ἐνθαυθõι ἐμβάλλεν ʽὸν ἂν παραλάβοσι παρὰ τõν δεμάρ[χον. ἀπάρχεσθαι δὲ καὶ τὸς χσυμμάχος κατὰ ταὐτά. τὰς δὲ πόλες [ἐγ]λ[ογέας ʽελέσθαι τõ καρπõ καθότι ἂν δοκε̃ι αὐτε̃σι ἄριστα ὁ καρπὸς] ἐγλεγέσεσθαι. ἐπειδὰν δὲ ἐγλεχθε̃ι, ἀποπεμφσάντον Ἀθέναζε, τὸς δὲ ἀγαγόντας παραδιδόναι τοῖς ʽιεροποιοῖς τοῖς Ἐλευσινόθεν Ἐλευσινάδε· ἐ[ὰ]ν δὲ μὲ παραδέχσονται πέντε ἐμερõν....[4]) ἐπειδὰν ἐπαγγελε̃ι, παραδιδόντον τõν ἐκ τε̃ς πόλεος ʽόθεν ἂν [ε̃ι] ὁ κα[ρπ]ός, εὐθυνόσθον ʽοι ʽιεροποιοὶ χιλίαισιν δραχμε̃σι [ʽέκας]τος. καὶ παρὰ τõν δεμάρχον κατὰ ταὐτὰ παραδέχεσθαι. [κέρ]υκα]ς δὲ ʽελομένε ʽε βολὲ πεμφσάτο ἐς τὰς πόλες ἀ[γ]γέλλον[τ]ας [τὰ νῦν][5]) ʽεφσεφισμένα τõι δέμοι, τὸ μὲν νῦν ε̃ναι ʽος τάχιστα, τὸ δὲ [λοιπὸν ʽόταν δοκε̃ι αὐτε̃ι. κελευέτο δὲ καὶ ʽο ʽιεροφάντες καὶ [ὁ δαιδõχος μυστερίοις ἀπάρχεσθαι τὸς ῞Ελλενας τõ καρπõ κατὰ τὰ πάτρια καὶ τὲν μαντείαν τὲν ἐγ Δελφõν. ἀναγράφσαντες δὲ ἐ[μ πινακίοι τὸ μέτρον τõ καρπõ τõ τε παρὰ τõν δεμάρχον κατὰ τὸ[ν δέ]μον ʽέκαστον καὶ τõ παρὰ τõν πόλεον κατὰ τὲν πόλιν ʽεκάς[τεν κ]αταθέντον ἔν τε τõι Ἐλευσινίοι Ἐλευσῖνι καὶ ἐν τõι βολ[ευτ]ερ]ίοι. ἐπαγγέλλεν δὲ τὲν βολὲν καὶ τε̃σι ἄλλεσι πόλεσιν [τ]ε̃[σι] ʽΕλ]λενικε̃σιν ἁπάσεσι ʽόποι ἂν δοκε̃ι αὐτε̃ι δυνατὸν ε̃ναι, λ[έγο]ντας μὲν κατὰ ἃ Ἀθεναῖοι ἀπάρχονται καὶ οἱ χσύμμαχοι, ἐκε[ίνοις] δὲ μὲ ἐπιτάττοντας, κελεύοντας δὲ ἀπάρχεσθαι ἐὰν βόλονται κ]ατὰ τὰ πάτρια καὶ τὲν μαντείαν τὲν ἐγ Δελφõν. παραδέχεσθαι δ-

1) de his cf. Foucart l. c. p. 248—253, Sauppe l. c. 10 sqq., A. Schmidt l. c. p. 686 sq.

2) ΕΤ.Σ.... Fouc., ΕΤΟΣΠ..Ο Koehler, v. 8 autem initio in ectypo luculenter Ν apparuit; supplevit Kirchhoff.

3) siros maxime frumenti condendi causa effossos esse constat; quomodo effoderentur, accuratius descripsit Philo, *Μηχ. Συντ.* V 2 p. 86 ed. R. Schoene.

4) *ὅλων* supplevit A. Schmidt aspirationis notam omittens.

5) suppl. Usener; 'in ectypo ante ΕΦΣ certa litterae sive Η sive Ν vestigia cognoscuntur.' Kirchhoff.

ἐ καὶ παρὰ τούτον τõν πόλεον ἐάν τις ἀπάγει, τὸς ͑ιεροποιὸς κατὰ ταὐτά. θύεν δὲ ἀπὸ μὲν τõ πελανõ[1] καθότι ἂν Εὐμολπίδαι [ἐχς͑εγõ]νται, τρίττοιαν δὲ βόαρχον χρυσόκερον τοῖν Θεοῖν ͑εκα[τέραι ἀ]πὸ τõν κριθõν καὶ τõν πυρõν[2] καὶ τõι Τριπτολέμοι καὶ τõι [Θεõι καὶ τε̃ι Θεᾶι καὶ τõι Εὐβόλοι ͑ιερεῖον ͑εκάστοι τέλεον καὶ τε̃ι Ἀθεναίαι βõν χρυσόκερον. τὰς δὲ ἄλλας κριθὰς καὶ πυρὸς ἀποδομένος τὸς ͑ιεροποιὸς μετὰ τε̃ς βολε̃ς ἀναθέματα ἀνατιθέναι τοῖν Θεοῖν ποιεσαμένος ͑άττ' ἂν τõι δέμοι τõι Ἀθεναίον δοκε̃ι, καὶ ἐπιγράφεν τοῖς ἀναθέμασιν ͑ότι ἀπὸ τõ καρπõ τε̃ς ἀπαρχε̃ς ἀνεθέθε καὶ ͑Ελλένον τõν ἀπαρχομένον.[3] [τοῖ]ς δὲ ταῦτα ποιõσι πολλὰ ἀγαθὰ ἐ̃ναι καὶ εὐκαρπίαν καὶ πολυκαρπία[ν ͑οί]τινες ἂν μ]ὲ ἀδικõσι Ἀθεναίος μεδὲ τὲν πόλιν τὲν Ἀθεναίον μεδὲ τὸ Θεό. Λ]άμπον[4] εἶπε· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ αἱ χσυγγραφαὶ τε̃ς ἀπαρχε̃ς τõ καρπõ τοῖν Θεοῖν, τὰς δὲ χσυνγραφὰς καὶ τὸ φσέφισμα τόδε ἀναγραφσάτο ͑ο γραμματεὺς ͑ο τε̃ς βολε̃ς ἐν στέλαιν δυοῖν λιθίναιν καὶ καταθέτο τὲν μὲν Ἐλευσῖνι ἐν τõι ͑ιερõι, τὲν δὲ ͑ετέραν [ἐμ πόλει.[5] ͑οι δὲ πολεταὶ ἀπομισθοσάντον τὸ στέλα, ͑οι δὲ κολ[ακρέται δόντον τὸ ἀργύριον. ταῦτα μὲν πε[ρ]ὶ τε̃ς ἀπαρχε̃ς τõ καρ[π]õ [τοῖν Θεοῖν ἀναγράφσαι ἐς τὸ στέλ[α], με̃να δὲ ⁝⁝⁝ ἐμβάλλεν ͑Εκατονβαιõνα τὸν νέον ἄρχοντα. τὸν δὲ βασιλέα ͑ορίσαι τὰ ͑ιερὰ τὰ ἐν τ[õι Πελαργικõι.[6] καὶ τὸ λοιπὸν μὲ ἐν͑ιδρύεσθαι βομὸς ἐν τõι Πελαργικõι ἄνευ τε̃ς βολε̃ς καὶ τõ δέμο μεδὲ τὸς λίθος τέμνεν ἐκ τõ [Πελαργικõ μεδὲ γε̃ν ἐχσάγεν μεδὲ λίθος.[7] ἐὰν δέ τις παραβαίνει τ⁝⁝⁝ούτον τι, ἀποτινέτο πεντακοσίας δραχμάς, ἐσαγγελλέτο δὲ ͑ο] βασιλεὺς ἐς τὲν βολέν. περὶ δὲ τõ ἐλαίο τε̃ς ἀπαρχε̃ς χσυγγράφσας Λάμπον ἐπιδειχσάτο τε̃ι βολε̃ι ἐπὶ τε̃ς ἐνάτες πρυτανείας[8], ͑ε δὲ βολὲ ἐς τὸν δε̃μον ἐχσενενκέτο ἐπάναγκες.

Tituli duae sunt partes, decretum de primitiis fructuum diis Eleusiniis dedicandis et additamentum Lamponis de Pelargico maxime factum. Quod cum a reliquo tituli argumento alienum videretur, Foucart verbis identidem recurrentibus *κατὰ τὰ πάτρια καὶ τὴν μαντείαν τὴν ἐγ Δελφῶν*

1) ultimam acui Buecheler monuit ad Herond. mim. IV 91 papyri scriptura nisus et praecepto Herodiani.

2) scil. *ἀπὸ τῆς τιμῆς τῆς γιγνομένης ἀπὸ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν.*

3) eiusmodi donarii imperatorum Romanorum aetate dedicati basis Eleusine inventa est: CIA III 85: *Οἱ Πανέλληνες ἀρίσταν καρποῦ ἀπαρχῆς.*

4) vates est notissimus; de quo Sauppe l. c. p. 15.

5) ni fallor, *ἐν τῷ ἱερῷ* scil. in Eleusinio.

6) sic scribitur etiam Aristoph. Av. 832 et in codice Laurentiano Thuc. II 17.

7) non eandem, attamen certe similis argumenti legem respicere videtur Pollux (VIII 101): *παρεφύλαττον μή τις ἐντὸς τοῦ Πελαργικοῦ κείρει ἢ κατὰ πλέον ἐξορύττει, καὶ τῷ ἄρχοντι παρεδίδοσαν.* Verbum quidem *ἐξορύττειν* eodem spectat quo illud *τοὺς λίθους τέμνειν.* Cf. etiam Lucian. Pisc. 47 et p. 19 adn. 4.

8) octavae igitur prytaniae decretum esse nostrum veri simile.

adductus id nulla alia causa adiunctum esse coniecit nisi quod ipsum quoque oraculi Delphici iussu scriptum esset, comparavitque Thucydidis (II 17) de Pelargico narrationem. Quam coniecturam, cui iusto maior contigit assensus, funditus evertit A. Schmidt neque omnino haec Apollinis iussu decreta esse demonstravit.[1]) Verba enim *κατὰ τὰ πάτρια καὶ τὴν μαντείαν τὴν ἐγ Δελφῶν*, etsi vix est dubium quin re vera antiquum oraculum respiciant[2]), hic tamen unam[3]) potius formulam efficiunt, qua quid et antiquitus et divinitus commendatum praedicetur, ut alibi quoque occurrunt cf. n. 15 (BCH XII 330) v. 6 ubi *κατὰ τὰ] πάτρια καὶ κα[τὰ τὴν μαντείαν* ab ipso Foucarto certo videtur restitutum. Explicandum autem additamentum est e rebus ipsis. Neque tamen A. Schmidt quod novas aras propter futuras ipsorum Atheniensium dedicationes (v. 41) exstrui vetitas esse cautumque eadem de causa conecit ne lapides humusque i. e. materies donariorum auferrentur, mihi persuasit. Nam illud licet concedamus, hoc veri satis dissimile videtur. Nam id ipsum quod non semel[4]) eodem modo de integritate fanorum cavetur, hunc usum sollemnem fuisse indicat unaque eademque ratione explicandum, sc. religione terrae sacrae. Itaque nescio an artior Eleusinii et Pelargici connexus statuendus sit, ut iam Curtio videbatur[5]), curaque Pelargici penes sacerdotes Eleusinios fuerit, qui cum splendori cultus consulerent Eleusinii, illius quoque integritati providebant. — Idem A. Schmidt alteram additamenti partem, *μῆνα δὲ ἐμβάλλειν Ἑκατονβαιῶνα τὸν νέον ἄρχοντα*, expedivit. Quae verba cum ceteri omnes ad intercalationem mensis rettulissent, ille eiusmodi interpretationem et rebus et sermonis consuetudini repugnare moramque his verbis frumento dedicando interponi doctissima dissertatione evicit.[6])

Summum autem argumentum alienum fuisse non videtur ab iis consiliis quibus Periclem studuisse Plutarchus narrat (Pericl. 17): *ἀρχομένων δὲ Λακεδαιμονίων ἄχθεσθαι τῇ αὐξήσει τῶν Ἀθηναίων ἐπαίρων ὁ Περικλῆς τὸν δῆμον ἔτι μᾶλλον μέγα φρονεῖν καὶ μεγάλων αὑτὸν ἀξιοῦν πραγμάτων γράφει ψήφισμα πάντας Ἕλληνας τοὺς ὁπήποτε κατοικοῦντας Εὐρώπης ἢ τῆς Ἀσίας παρακαλεῖν καὶ μικρὰν πόλιν καὶ μεγάλην εἰς σύλλογον πέμπειν Ἀθήναζε τοὺς βουλευσομένους περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν, ἃ κατέπρησαν οἱ βάρβαροι, καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς ὀφείλουσιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς, ὅτε πρὸς τοὺς βαρβάρους ἐμάχοντο, καὶ τῆς θαλάσσης ὅπως πλέωσι πάντες ἀδεῶς καὶ τὴν εἰρήνην ἄγωσιν.* Minora sane nostri decreti auctor molitur, sed valet temporum discrimen. Illa enim Pericles c. a. 460

1) l. c. p. 688—695.

2) cf. A. Schmidt l. c. p. 688 sq. — oracula ab Isocrate (Paneg. 31) allata recentiora sunt.

3) alterum *κατά* omissum esse moneo.

4) n. 21 (CIA II 1059): *τὴν δὲ ὕλιν καὶ τὴν γῆν μὴ ἐξέστω ἐξάγειν τοὺς μισθωσαμένους μήτε ἐκ τοῦ Θησείου μήτε ἐκ τῶν ἄλλων τεμενῶν.*

5) *Sitzungsber. d. Berl. Acad.* 1884, p. 502. Similiter etiam Loeschcke, *Enneakrunosepisode* p. 18.

6) l. c. p. 697 sqq.; ibid. p. 736 sqq. qua de causa novus archon hoc munere functus sit, explicatur. Minime ferenda contra proposuit K. Schäfer, *Jahrb. f. Phil.* 1886 p. 173 sq.

egit[1]), nostra non multo post indutias triginta annorum decreta esse litterarum formae docent.[2]) Accuratius enim tempus inscriptionis definire vix licet certo. Sed satis probabiliter Loeschcke[3]) Pelargici curam vicinis operibus a Mnesicle a. 437 sub arce coeptis motam existimasse mihi videtur. Nam quicunque fuit Eleusiniarum rerum connexus et Pelargici, id quod omnino integritati Pelargici cavebatur, illo timore optime explicatur.[4])

Iam ipsa primitiarum consecratio et sacrificia inde facta optime aliis duobus titulis illustrantur. Leguntur enim CIA IV fasc. 3 p. 174 n. 225k rationes, quarum hoc exemplum: *ἐπὶ τῆς βουλῆ[ς ᾗ]ι Χαρῖνο[ς] πρῶτος ἐγραμμάτευε, ἐπ' Ἀστ[υ]φί[λου] ἄρχοντος* (a. Chr. 420/19), *ἐπιστάται Ἐλευσινόθεν οἷσι Φιλόστρατος Κυδαθηναιεὺς ἐγραμμάτευε, παρεδέξαντο παρὰ ἱεροποι[ῶ]ν Ἐλευσῖνι Δημοκρίτου Ἀλωπεκειῶς καὶ ξυναρχόντων ἀργύριον ἀπὸ τοῦ σίτου τῆς ἀπαρχῆς τοῖν Θεοῖν* ΔΔΔ⊢. Unde non omnem pecuniam quae redierat, ad sacrificia et donaria facienda consumptam esse, sed remansisse quod epistatis daretur, addiscimus. Sed exstant etiam de ipsis oblatis primitiis earumque venditione pretiique consumptione rationes curatorum quaestorumque fani Eleusinii a. 329/8 haec proponentium (*Ἐφ. Ἀρχ.* 1883, p. 123 v. 50 sq.): *Τῆς ἐπαρχῆς*[5]) *τοῖν Θεοῖν τοῦ σίτου κεφάλαια τῆς φυλῆς ἑκάστης* iamque enumeratur quantum quaeque tribus aliaeque civitates Atheniensibus subditae contribuerint. v. 66 autem pergitur[6]):

Κεφάλαιον κριθῶν μέδιμνοι· ΧΗΠΙΙΙ, *ἡμιεκτεῖα τέτταρα, δύο χοίνικες. Ἀπὸ τούτων εἰς [π]ροκώνια*[7]) *τοῖν Θεοῖν μέδιμνος· εἰς τὸν πελανὸν ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς ἑκκαίδεκα μέδιμνοι τρι[ῶ]ν χοινίκων ἀπολείποντες. Ἀπεδόμεθα μεδίμνους* ΧΔΔΠΙΙ, *ἑκτέα, πένθ' ἡμιχοινίκια καὶ ἐπίμετρα ταύταις μέδιμνοι* 𐅄ΔΙΙΙΙ, *ἑκτεύ(ς), πένθ' ἡμιχοινίκια. Κεφάλαιον τιμῆς κριθῶν* ΧΧΧ𐅄ΔΔΔ⊢⊢ΙΙΙ *πραθεισσῶν ἐκ τριῶν δραχμῶν τὸν μέδιμνον ἕκαστον ὡς ὁ δῆμος ἔταξεν· πυρῶν κεφάλαιον μέδιμν[οι]* 𐅄ΔΔΔ., *δέκα ἡμιεκτεῖα, χοῖνιξ. Ἀπὸ τούτων εἰς πελανὸν τοῖν Θεοῖν μέδιμνος καὶ ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς* Δ *μέδιμνοι*[8]) *καὶ ἐπιβολὴ πένθ' ἡμι-*

---

1) ita enim recte, ut mihi videtur, A. Schmidt, *Perikl. Zeitalter* I p. 47 et Holm, *Gesch. Griechenl.* II p. 272.. Utique ante a. 445 haec a Pericle acta sunt, vid. Furtwängler, *Meisterw. d. griech. Plast.* 169 adn. 1.

2) Sauppe l. c. p. 5.

3) *Enneakrunosepisode* p. 18 sqq., ceterum L. de tota decreti ratione aliter iudicavit, cuius auctorem non modo non Periclem fuisse censet, sed adversus Periclem Minervae usque potentiam opesque augentem Lamponem sacerdotesque haec rogasse Eleusinios. Atque esse concedo quae huic sententiae favere videantur.

4) a. 445 aut 444 decretum adscripsit A. Schmidt l. c. p. 684, neque tamen, ut mihi quidem videtur, sufficiente causa.

5) hoc igitur loco *ἐπαρχή* idem atque *ἀπαρχή*, quod infra in ipsis rationibus recurrit.

6) sequentia integra exscribere e re videbatur, ut haec omnia abhinc coniuncta praesto sint.

7) Harpocr. s. v. *προκώνια· Λυκοῦργος κατὰ Μενεσαίχμου. Δίδυμος δὲ 'προκώνιά, φησίν, ἐστι πυροὶ μέλιτι κεχρισμένοι'. Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικὸς καὶ Κράτης τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν οὕτω φασὶν ὀνομάζεσθαι.*

8) exspectaveris potius: *ἀπὸ τούτων εἰς προκώνια τοῖν Θεοῖν μέδιμνος καὶ εἰς τὸν πελανὸν ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς* Δ *μέδιμνοι.*

εκτεῖα. Ἀπεδόμεθα μεδίμνους 𐅄ΔΔΙΙ, ἑκτεῖα, χοίνικα· ἐπίμετρα τούτοις μέδιμνοι τρεῖς, χοίνικες τρεῖς. Κεφάλαιον τιμῆς πυρῶν τῶν ἑξήκοντα καὶ δυεῖν μεδίμνων ΗΗΗ𐅄ΔΔ⊢⊢ΙC, πραθέντων ἓξ δραχμῶν τοῦ μεδίμνου ἑκάστου, ὡς ὁ δῆμος ἔταξεν, πλὴν τῶν δέκα μεδίμνω(ν)· τούτων δὲ τιμὴ Γ. Κεφάλαιον ἀργυρίου τῆς ἐπαρχῆς τοῦ σίτου ΧΧΧ𐅅ΔΙΙΙΙC. Ἀπὸ τούτου τάδε ἀνήλωται· ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς ὅσον ὁ δῆμος ἔταξεν τοῦ προβάτου καὶ τῆς αἰγὸς ἑκάστου ΔΔΔ, ἱερείων τετταράκοντα τριῶν κεφάλαιον ΧΗΗ𐅄ΔΔΔΔ. Τῶν βοῶν ἑκάστου ΗΗΗΗ, τριῶν βοῶν ΧΗΗ. Ἱπποθῶ[ν]τος ἱερεῖ πελανὸν ΔΔΔΔΓ⊢⊢⊢⊢Ι. Προμετρητεῖ μισθὸς ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ⊢ΙC, κεφάλαιον Δ⊢⊢⊢ΙΙΙΙC. Σανίδων ΔΙΙΙΙ τιμὴ καὶ γραφὴ 𐅄⊢⊢. Τοῦ πύργου ἐπισκευὴ τῶι σίτωι 𐅄ΔΔ. Μισθωτοῖς τοῖς ἐκφέρουσι τὸν σῖτον τῶν ἑκατὸν μεδίμνων ΙΙΙΙ, κεφα. Γ⊢⊢⊢. Εἰς τὰς ἱερὰς οἰκίας ταῖς ἱερείαις θυρώματα ΔΙΙΙΙ καὶ σταθμὰ ταῖς θύραις καὶ ὑπερτόναια· τιμὴ ξύλων καὶ ἥλων καὶ κόλλης καὶ μισθωτοῖς ἐργασαμέν(οις) ΗΗΗΗ𐅄Δ⊢⊢. Εἰς τὰ ἐπιθύσιμα 𐅄ΔΔΔΔ ἱεροποιοῖς ἐγ βουλῆς. Κεφάλαιον λήμματος ΧΧΧ𐅅ΔΙΙΙΙC· κεφα. ἀναλώματος ΧΧΧΗΗΔΔΔΓC. — Περίεστιν ⟨Η⟩Η[Η𐅄Δ]ΔΓΙΙΙΙ· τοῦτο παρεδώκαμεν ἱεροποιοῖς τοῖς ἐγ βουλῆς καὶ ἐξ Ἴμβρο[υ τ]ῆς ἀπαρχῆς οἱ ὕστερον (ἐ)λθόντες τῆς θυσίας, ἣν ἐκόμισε Χαιρέστρατος Ἀναγυράσιος, πυρῶ[ν] μέδιμνοι ΔΔΔΓΙ κτλ.

Hae rationes quam bene conveniant cum iis quae de sacris faciundis titulo plus centum annis ante scripto decernuntur, primo aspectu apparet, ut in his morari longum sit.[1]) Nec minus tamen quaedam mutata esse videmus, non dico minora illa quae aut in decreto tum omissa esse aut gliscente aevo accessisse consentaneum est, sed externa totius rei mutata est administratio. Neque enim iam eaedem partes *ἱεροποιῶν ἐγ βουλῆς* sunt atque priorum illorum quibus successerunt.[2]) Periclis aetate hieropoei qui tum vocabantur *ἱ. Ἐλευσινόθεν* vel *Ἐλευσῖνι*, frumentum accipiebant acceptumque vendebant venditique pretio rem faciebant divinam, *ἐπιστάται* autem Eleusinii in illius aetatis decreto ne nominantur quidem. Anno autem 329/8 *ἐπιστάται* primitias annonae, quod quidem e tenore rationum cognoscere liceat, accipiebant, hi profecto eas vendebant atque hieropoeis pecuniam unde sacrificia fierent, assignabant et id quod postremo aliis quibusdam expensis factis supererat, tradebant, videlicet ut inde donaria sollemnia dis dedicarentur. His autem omnibus res ipsa divina tacta non est quae plus centum annos eadem fere mansit atque ab hieropoeis fieri desita non est.

De singulis pauca addenda mihi sunt. v. 31: *καταθέντων ἔν τε τῶι Ἐλευσινίωι Ἐλευσῖνι καὶ ἐν τῶι βουλ[ευτ]η[ρ]ίωι.* non est quod cum Dittenbergero[3]) lapicidam incidere debuisse censeamus *ἔν τε τῶι Ἐλευσινίωι*

---

1) hoc unum afferam, quod in rationibus trium boum computatur pretium, nostro quoque decreto tres sacrificari iuberi boves, duos Cereri et Proserpinae, unum Minervae. Ceterum pretium illud quadringentarum drachmarum singulare est cf. quae de hac re dixi Mus. Rhen. LI p. 215 sq.

2) cf. quae accuratius de tota hac re, praecipue de ratione quae inter *ἱ. Ἐλευσινόθεν* et *ἱ. ἐγ βουλῆς* intercessit, exposui Mus. Rhen. LI p. 219 sqq.

3) lectionem lapidis contra Dittenbergerum iam defendit Rubensohn, *Μυ-*

(sc. τῷ ὑπὸ πόλει) καὶ Ἐλευσῖνι ἐν τῷ βουλευτηρίωι, coll. CIA III 5: στῆσαι τὴν μὲν ἐν Ἐλευσινίῳ τῷ ὑπὸ [τῇ π]όλει, — — τὴν δὲ ἐν Ἐλευσεῖνι ἐν τῷ ἱερῷ πρὸ τοῦ βουλευτηρίου. Nam re vera fanum Eleusinium ipsum quoque vocatum esse Ἐλευσίνιον testantur rationes ed. CIA II 834ᶜ, quae ad porticum ante cellam magni templi Eleusinii collocatam veri similiter sunt referendae[1]), ad opera Eleusine facta paene certo. Hic enim a v. 64 sqq. σφόνδυλοι enumerantur congesti et v. 80/81 legitur: ἕτερομ σφόνδυλον ἠρξάμεθα κομίζειν δευτέρᾳ φθί[νοντος — — — μισθὸς τοῖς ζ]εύγεσιν : ΗΗΔΔΠΗΗ : πάλιν τοῦτον ἀπὸ τοῦ Ἐλευσινίου et iam desunt reliqua. Sed quoniam locus quo σφόνδυλος vectus est, Eleusis est, verba πάλιν τοῦτον ἀπὸ τοῦ Ἐλευσινίου ad fanum ipsum Eleusinium non referri non possunt.[2]) Recte igitur se habet ἔν τε τ. Ἐλευσινίωι Ἐλευσῖνι. Tum autem verba ἐν τῶι βουλευτηρίωι vix de eiusdem Eleusinii senaculo intellegi possunt. Quod licet iam Periclis aetate fuerit[3]), tamen ipsum quoque in fano, ἐν τῶι Ἐλευσινίωι fuisse e CIA III 5 apparet ut non ἔν τε τ. Ἐλευσινίωι Ἐλευσῖνι et ἐν τ. βουλευτηρίωι tamquam aequa membra coniungi possent. Urbanum igitur senaculum dicitur, ubi altera tabula ut omnibus senatoribus praesto esset, ponebatur. — v. 36 ἀπὸ μὲν τοῦ πελανοῦ. recte ab aliis placentis πελανόν distinxit auctor schol. in Arist. Plut. 661: ἰστέον δὲ ὅτι τὸν μὲν πελανὸν ἐν τῷ πυρὶ ἔρριπτον, τὰ δὲ πόπανα καὶ τοὺς πλακοῦντας καὶ τἆλλα ἐν μέρει τοῦ βωμοῦ ἐτίθεσαν. Ceteri veteres grammatici ubi de hac re agunt, aut secernenda confundunt aut falsa fingunt. Quamquam rectius iis iudicium suppeditare potuerunt Sannyrionis verba poetae comici (Harpocr. s. v. πελανός):

πελανὸν καλοῦμεν[4]) ἡμεῖς οἱ θεοί
ἃ καλεῖτε σεμνῶς ἄλφιθ᾽ ὑμεῖς οἱ βροτοί.

Hodie Stengelii[5]) opera constat πελανόν non placentam iustam, sed pultem potius fuisse[6]) cui non male ἄλφιτα compararentur[7]), idemque hoc sacri-

sterienheiligt. p. 77 cum adn. p. 24, qui vel dictione sollemni τὸ Ἐλευσίνιον τὸ ἐν ἄστει sive τὸ ὑπὸ τῇ πόλει alterius Eleusinii suspicionem moveri rectissime monuit, sed tituli verbis quibus nititur (CIA II 834ᵇ col. I v. 6): [τοῖς τὰ γρ]άμματ[α ἐ]πικολάψασιν ἐπὶ τὸ ἀνάθημα [ἐν] τῷ Ἐλευσινίῳ σιτία : ΠΗΗ : certi nihil efficitur, possunt enim etiam ad fanum urbanum revocari, etsi veri dissimile esse facile concedo.

1) ita editor Graecus Ἐφ. Ἀρχ. 1883, p. 16.

2) nonne etiam Andoc. I 132 nostrum Ἐλευσίνιον Ἐλευσῖνι dici veri similius est? — cf. denique etiam n. 2 v. 3 in.

3) vid. de hac re Rubensohn l. c. p. 81 sqq.

4) versus non integer est; deest verbum cui σεμνῶς respondeat.

5) *Hermes* XXIX p. 281 sqq.

6) certissima testis est frequens apud tragicos huius vocis memoria cf. locos quos collegit Stengel l. c. p. 284. Adde Suid. Phot. s. v.: λέγεται δὲ πελανὸς — — — καὶ τὸ περιπεπηγὸς καὶ ἐξηραμμένον ὀπῶδες δάκρυον οἷον λιβανωτός, κόμμι καὶ ὁ τῷ μάντει διδόμενος μισθὸς ὀβολός (cf. Prott F. p. 6 adn. 2). Quae paulo antea apud Suidam leguntur, πελανοί. — — — ὥς αὐτός φησι, καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι, haec fluxerunt e Platonis legg. VI 782 C: θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῷα, πελανοὶ δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα. Αὐτός igitur est Plato. Vid. etiam R. Herzog, *Hermes* XXIX p. 625.

7) cf. Benndorf, Eranos Vindobon. p. 378.

ficium pristino victui debitum in inferorum potissimum deorum cultu obtinuisse ostendit nec non qua de causa hic obtinuisset, explicavit. Ipsam autem pultis huius naturam nescio an accuratius definire liceat. Nam cum in rationibus fani Eleusinii (vid. supra v. 66) scriptum sit: *κεφάλαιον κριθῶν μέδιμνοι* ΧΗΠΙΙΙ — — — — *ἀπὸ τούτων εἰς τὸν πελανὸν ἱ. ἐγ β. ἑκκαίδεκα μέδιμνοι* et v. 70 *πυρῶν κεφάλαιον μέδιμνοι* 𐅄ΔΔΔ — — — *ἀπὸ τούτων εἰς πελανὸν* — — *ἱ. ἐγ β.* Δ *μέδιμνοι*, unum autem *πελανόν* sacrificatum esse decreti verbis *ἀπὸ μὲν τοῦ πελανοῦ* appareat, hunc certe hordeo et tritico commixtum esse patet. Idem autem aliis testimoniis colligitur. Porphyrius enim cum dicit de abst. II 6: *ἀφ' ὧν (κριθῶν ψαιστῶν) ὁρμωμένοις ἡμῖν καὶ τῶν καρπῶν ἀλλὰ καὶ τῶν πυρῶν ἀφθονωτέρων γιγνομένων, προσετίθεντο πελανῶν ἤδη καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἀπαρχαὶ τοῖς θεοῖς εἰς τὰς θυσίας*, hoc indicare videtur *πελανοὺς* tum demum sacrificatos esse, postquam praeter hordeum cum aliorum fructuum tum tritici usus increbruit. De Dipoliis porro haec narrat de abst. II 30: *θέντες γὰρ ἐπὶ τῆς χαλκῆς τραπέζης πελανὸν καὶ ψαιστὰ περιελαύνουσι τοὺς κατανεμηθέντας βοῦς ὧν ὁ γευσάμενος κόπτεται.* (cf. ibid. 10: *τῶν Διπολιείων ἀγομένων καὶ παρεσκευασμένων κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος τῶν καρπῶν ὁ βοῦς προσελθὼν ἀπεγεύσατο τοῦ ἱεροῦ πελανοῦ.*) Eandem autem rem Pausanias describit I 24, 4: *τοῦ Διὸς τοῦ Πολιέως κριθὰς καταθέντες ἐπὶ τὸν βωμὸν μεμιγμένας πυροῖς οὐδεμίαν ἔχουσιν φυλακήν.*[1]) Solebant igitur ut videntur, hordeum et triticum cum *πελανόν* parabant, commiscere. Eleusine autem unus parabatur *πελανός* sine dubio permagnus, cuius quantum cuique deorum Eleusiniorum libaretur, Eumolpidae docebant.[2]) —

v. 37 de sacrificio quod vocatur *τρίττοια βούαρχος* cf. p. 10. v. 38 *τρίττοιαν δὲ βούαρχον* — — — *ἀπὸ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν*, scilic. *ἀπὸ τῆς τιμῆς τ. κρ. καὶ τ. π.* Neque enim recte A. Mommsen[3]) verba ita accipi posse negavit placentasque in formas animalium redactas intellegendas esse coniecit, quia verbis *θύειν ἀπὸ μὲν τοῦ πελανοῦ* concludendum esset praepositione *ἀπό* ipsius frumenti usum significari et quia v. 40 verba *τὰς δὲ ἄλλας κριθὰς καὶ πυροὺς ἀποδομένους* frumentum antea commemoratum non veniisse indicarent. Quarum prior causa nulla est, in falsa interpretatione[4]) posita verborum *θύειν δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ πελανοῦ*. Quibus minime sacrificium aliquod velut placenta e pelano facta dicitur,

---

1) dixeris hordeum et triticum iis quae apud Porphyrium *πελανὸς καὶ ψαιστά* sunt, respondere, at propria huius sacrificii res semper fuit *πελανός* (cf. praeter Porphyr. II 10 schol. in Arist. Nub. 985 et in Pac. 419), ut mentioni illorum *ψαιστῶν* vix quicquam tribuendum sit.

2) de significatione vocis *ἐξηγεῖσθαι* cf. (Lys.) VI 10: *καίτοι Περικλέα ποτέ φασι παραινέσαι ὑμῖν περὶ τῶν ἀσεβούντων μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐτῶν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται.* Solis autem Eumolpidis *ἐξηγεῖσθαι* licuisse declarat Andoc. de myst. 116. Constitutus autem erat ex hac gente proprius ad *ἐξήγησιν* magistratus, *ἐξηγηταὶ ἐξ Εὐμολπιδῶν*; vid. de his Toepffer, *Att. Geneal.* p. 68 sqq.

3) *Burs. Jahresber.* 1889, 3 p. 251 cf. 245.

4) „Lin. 36 *θύειν δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ πελανοῦ* — — — ist vom Verbacken des feinsten Mehles die Rede."

sed *πελανός* ipse sacrificium est, de cuius natura supra dixi, praepositioque *ἀπό* vi dicta est partitiva, non ea, qua Mommsenio in verbis *ἀπὸ τ. κριθῶν κ. τ. πυρῶν* usurpata videtur. Eo autem, quem hoc loco improbat sensu statim post aperte usurpatur v. 43: *ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ἀπαρχῆς ἀνεθέθη* (scil. *τὰ ἀναθήματα*). Maiorem dubitationem movent verba illa *τὰς δὲ ἄλλας κριθὰς καὶ πυροὺς ἀποδομένους κτλ.*, quae unam Mommsenii interpretationem admittere videntur. Attamen reicienda est, quippe cui alia omnia repugnent cum voces *τρίττοια βόαρχος* et *τέλειον* minime utpote aptae ad placentas significandas, tum rationum Eleusiniacarum quas supra attuli comparatio, ubi de hostiis agitur, non de placentis. Nam quod Mommsen hoc discrimen maiori parsimoniae Pericleae aetatis tribuendum esse censet, aliis temporibus sacrificia alio sumptu apparatuque celebrata esse concedo, sed illud quod M. vult discrimen unquam exstitisse nego. *Pauperes* sane saepius pro hostiis, quas rite diis debebant, placentas in hostiarum formas redactas sacrificabant, sed nunquam *publice* hoc licebat nisi extremis angustiis[1]), quibus Periclis opinor tempora non coercebantur. Aut igitur rite eiusmodi placentae sacrificabantur nefasque erat cruentare aram, nunquam igitur hostiis in hoc sacrificio uti licebat, aut — id quod rationibus illis apparet — fiebant hostiae, nunquam igitur earum locum placentae obtinere poterant. Itaque certissimum mihi videtur, hostias, non placentas loco nostro dici atque verba *τὰς δὲ ἄλλας κριθὰς καὶ πυροὺς* danda potius esse neglegentiae cuidam stili inde fortasse ortae quod frumentum iam antequam veniit, pro triplici usu (*πελανόν*, hostias, donaria dico) tripertito dividebant. — v. 38 sq. *τῶι Θεῶι καὶ τῆι Θεᾶι καὶ τῶι Εὐβούλωι*: eadem trinitas in notissimo quoque anaglypho apparuit, quod dedicavit *Λακρατείδης Σωστράτου Ἰκαριεὺς ἱερεὺς Θεοῦ καὶ Θεᾶς καὶ Εὐβουλέως.*[2]) Acerrima autem de Eubulo orta est controversia. Quem cum Foucart aliique eundem esse atque Plutonem putarent, Kern[3]) insularum cultu maxime nisus[4]) Eleusine quoque Iovem Eubulum dici coniecit. At recte Furtwängler Eubulo negavit opus esse alius dei subsidio cui tamquam adhaereat, propriumque eius esse numen.[5]) Cui tamen qnaestioni longius insistere nolo excedenti utpote modum huius commentarii, adhibenda autem erit abhinc etiam n. 2 ubi cf. quae adnotavi ad v. 4 et 5.

---

1) cf. exempla quae collegit Stengel, *Jahrb. f. Philol.* 1881, p. 399.

2) *Ἐφ. ἀρχ.* 1886, p. 19 sqq.

3) MAI XVI p. 1 sqq.

4) Pari (*Ἀθηναίου* V p. 15 n. 5): *Ἐρασίππη Πράσωνος Ἥρῃ Δήμητρι θεσμοφόρῳ καὶ Κόρῃ καὶ Διὶ Εὐβουλεῖ καὶ Βαβοῖ.* — Amorgi (MAI I p. 334 n. 4): *Δήμητρι Κόρηι Διὶ Εὐβουλεῖ Δημοδίκη Σίμωνος ἀνέθηκεν.* — Myconi (Prott. F. 4 v. 15 sqq.) *Ληναιῶνος δεκάτῃ* fit *Δήμητρι* et *Κόρηι* et *Διὶ Βουλεῖ.* — Deliacis denique e rationibus Fraenkel (*Berl. phil. Wochenschr.* 1891, p. 643) attulit: *ὗς ἐγκύμων τῆι Δήμητρι* ΔΔΓ *καὶ ὥστε τῆι Κόρηι ἱερεῖον* ΔΔ⊢⊢⊢⊢ *καὶ Διὶ Εὐβουλεῖ ἱερεῖον* ΔΓ⊢.

5) *Meisterw. d. griech. Plast.* p. 562. Nuperrime vero Furtwänglero Useneri quoque auctoritas accessit, *Götternamen* p. 220 adn. 5.

v. 54 sq. verba τὸν δὲ βασιλέα ὁρίσαι τὰ ἱερὰ κτλ. recte Foucart de sacellis limitandis finiendisque intellexit, cf. locationem fani Codri Nelei Basilae (n. 10 = CIA IV p. 66 n. 53a) v. 6: καὶ τοὺς ὁριστὰς ἐπιπέμψαι ὁρίσαι τὰ ἱερὰ ταῦτα, ὅπως ἂν ἔχῃ ὡς βέλτιστα καὶ εὐσεβέστατα. Solebant autem ὁρισταί hoc munere fungi cf. Bekk. Anecd. 287, 20: ὁρισταὶ ἀρχή τις ἐστιν, ἥτις ἀφορίζει τὰ ἴδια καὶ τὰ δημόσια οἰκοδομήματα πρὸς τὰ οἰκεῖα ἑκάστου μέτρα ὥσπερ τινὲς ὄντες γεωμέτραι καὶ ὁριοδεῖκται, atque Heracleensium quidem ὁρισταί notissimi sunt (CIG 5774 v. 6). Neque igitur nostra quoque lege quicquam aliud decernitur nisi ut rex per finitores sacella finienda curet. Regem vero curae fanorum providisse saepius videmus cf. locationem illam fani Codri et Nelei et edictum sacerdotis Apollinis Erithasei (n. 23 = CIA II 841), qui sacrilegorum nomina se regi esse delaturum minatur.